

598 (low) 89

13,1

EXCELLENTISSIMI DOMINI
FERDINANDI TELLES

DE SILVA
SECUNDI MARCHIONIS DE ALEGRETE

PARENTALE ELOGIUM.

Heu quot, unica variata vocali,
In FERDINANDO siluere voces!
Hanc etiam dolentium
Interjectionem
Mors invida,
Ut dolorem acueret,
Odiosa minuit in syncopa.
H, quæ adspirationem sonat,
Intercidit crudelis:
E, quæ etiam in Alphabeto
Marchionum de Alegrete
Secundam referebat vocalem,
Horrisona convertit in *V*;
Dum frugiferam *Silvam*,
Quam FERDINANDUS sepiebat TELLES,
Sepeliit *Tellus*.
Reverita tamen ipsa mors est
Venerandam *Silvæ* antiquitatem;
Securis enim ad ejus radicem positæ
Fatalem ictum
Ultra 72. distulit annum.
Ramis astra pertingenti
Cum non ultra daretur crescere,
Ut æternitati maturos
Cœlo infereret fructus,
Antiquam radicem
Ultimum habuit necesse
Profundiori condere tellure.
Non novos credas hujus *Silvæ* fructus
Sydera;
Ex antiquis enim ramis
Amedeo scilicet, & Beatrice
Inter Cœlites adnumeratis
Invenimus ea in campis Silvæ.
Antiqua Cœli
Hereditas leo in Silva.
Ab oraculo incipiens,
Quo promissus fuerat patri,
Cœlestis vaticinii prædestinationem
Ita implevit,
Ut dignior esset in termino,
Quàm promissus fuerat,
Antequam esset.

Pudicus vel ab horoscopo:
Si sacri thalami fœcunditatem excipias,
Ereptam telluri *Silvam*,
Et foli custoditam Cœlo
Sub Virgine crederes natam.
Ut Syderis hujus mores exprimeret,
Spinâ *Silvæ* faucia vit Venerem,
Ut è *Silvis* iterum
Castitatis pullularent rosæ.
Magnus in proavis,
Maior in filiis,
Maximus in se ipso
Proprium sibi adaptavit elogium:
*Silva talem nulla profert
Fronde, Flore, Germine.*
Dum ejus *Silvæ* ramos
Procerissimis in sevit arboribus,
Silvæ dicere visa sunt
Antiquissima *Ligna*:
Veni, & impera super nos.
Serenissimi Lusitanæ Reges
Aulicam urbanitatem
Hac agnoscentes in *Silva*
Ad Austrum transferri jusserunt,
Ut, *Regina Austri*
Hac cum *Silva surgente*,
Non solum Regalium
Plantationum hortum,
Sed & *Silvam*
Benignus perflaret Auster.
Quæ soli rationi flexibilis *Silva*
Etiam post mortem
Flexibilitatem amittere dedignata:
Hanc unam sibi legavit,
Usque dum conderetur tellure.
Adhuc sub lapide vocalis est *Silva*:
Tot ora in pauperibus aperuit,
Quot, dum viveret, adimplevit.
Eloquentiorem modò crede,
Pro quo æternum loquentur virtutes;
Et in quo perpetuò
Leo de Silva rugiet.

Parentabat F. E. F. A.

